Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Y S A

et caput samarie filius romelie
Si non credideritis non permanebi
tis. Et adiecit dominus deus loqui
ad achaz dicens. Pete tibi signum
a domino deo tuo in profundum inferni
sive in excelsum supra. Et dixit
achaz. Non petam et non tempta
bo dominum. Et dixit. Audite ergo
domus iacob dauid. Numquid pa
rum vobis est molestos esse homi
nibus quia molesti estis et deo meo
Propter hoc dabit dominus ipse
vobis signum. Ecce virgo concipi
et et pariet filium et vocabitur no
men eius emanuel. Butirum et
mel comedet ut sciat reprobare
malum et eligere bonum. Quia
antequam sciat puer reprobare ma
lum et eligere bonum derelinquetur
terra quam tu detestaris a facie du
orum regum suorum. Adducet do
minus super te et super populum tuum et super
domum patris tui dies qui non vene
runt a diebus separationis ephraim
a iuda cum rege assyriorum. Et erit
in die illa. Sibilabit dominus
musce que est in extremo fluminis
egypti fluminum et api que est in
terra assur et venient et requiescent
omnes in torrentibus vallium et
in cavernis petrarum et in omnibus
frutectis et in universis foraminibus
In die illa radet dominus novacu
la acuta in his que transflumine sunt
in rege assyriorum et caput et pilos
pedum et barbam universam. Et
erit in die illa nutriet homo vac
cam bovem et duas oves. Et pre
ubertate lactis comedet butyrum
Butyrum enim et mel manducabit
omnis qui relictus fuerit in medio
terre. Et erit in die illa omnis lo
cus ubi fuerint mille vites redi
mentur mille argenteis et in spi
nas et in vepres erunt cum sagit
tis et arcu ingredientur illuc. Vepres
enim et spine erunt in universa terra.
Et omnes montes qui in sarculo
serentur non veniet illuc terror
spinarum et vepriorum. Et erit in
pascua bovis et in conculcationem
Et dixit dominus pecoris
ad me. VIII
Sume tibi librum gran
dem et scribe in eo stilo hominis. Ve
lociter spolia detrahe cito predare
Et adhibui michi testes fideles
uriam sacerdotem et zachariam fi
lium barachie. Et accessi ad pro
phetissam et concepit et peperit filium
Et dixit dominus ad me. Voca no
men eius accelera spolia detrahe
festina predari. Quia antequam sciat
puer vocare patrem suum et matrem
suam auferetur fortitudo damasci
et spolia samarie coram rege assy
riorum. Et adiecit dominus loqui
ad me adhuc dicens. Pro eo quod
abiecit populus iste aquas syloe que
vadunt cum silencio et assumpsit
rasuri magis et filium romelie et
propter hoc ecce dominus adducet super
eos aquas fluminis fortes et mul
tas assyriorum et omnem gloriam eius
et ascendet super omnes rivos eius
et fluet super universas ripas eius et ibit